

dolapides inueniuntur, qui intus & foris habent effigies animalium. Foris enim habent lineamenta, & quando franguntur, inueniuntur in eis figuræ intestinorum. Cuius rei causam dicit Auicenna esse, quod animalia secundum se tota aliquando mutantur in lapides, & præcipue in lapides falsos, non duros ut plurimum, &c. Tofignuntur in animalium corporibus ex purulento humore, vel ex hoc cum pituita commixto: quales fiunt in articuli morbo, Galenus Comment. In lib. 6. Epidem. cap. 5.

Hæmatites lapis sanguinis colorē <sup>Hæmatites</sup> exprimit, medicis & pharmacopolis notus. Ein blütstein Germanis, Agricola interpretante. Speciem eius alteram Schistum, id est, scissilē aut fissilem nominant. Nigri turriti in hoc genere, Val. Cordus meminit. Hæmachates sanguinei coloris Achates <sup>Hæmachates</sup> est, apud Plinium lib. 37. cap. 10. Vulgo quidem nostri Iaspidis speciem c-

Vu 4